Conciones et Orationes collectae.

Incun. 79

Nimirci M. Sermo apud divum Alexandrum (VI) P. M. habitus a. 1494. de passione Domini.

ap. Hain Report. bibl. N 11889 ?

M. Nimireus Arben̄ Archidyaconus Reuerendissimo in xp̄o patri et dn̄o domino. B. tituli sanctorum Petri et Marcellini pb̄ro Cardinali Carthaginen̄ dignissimo Salutem.

Facilius cogitari q̄ exprimi posset Reuerendissime princeps quantum voluptatis perceperim cū tuum audiui de hoc meo sermunculo nuper apud diuum Alexandrū Pont. Max. habito perbenignū et fauorabile iudicium: cumq̄ʒ poscere te in scriptis eadem illa verba: que ipse in concione protuleram mira quadā humanitate animaduerti. Qua ex re nō sum profecto nescius quantā sit meo nomini summa tua auctoritas et amplitudo vel laudem vel vtilitatem allatura: Cuius grauissimo testimonio (o deus bone) que tandem opes? quod aurū? que dignitas est preferenda? Quin etiam vt trabali (quod aiunt) clauo beneficium hoc affigeres paruitatem meam Apostolico culmini non vulgariter cōmendasti. Quapropter cum dubitandū mihi nō sit quin mea scripta amplitudini tue nō suo merito: sed mansuetudine: clemētia: benignitate tua sint futura iucunda: tradidi sermonem ip̄m librarijs imprimendum: quo et dignationi tue et multis alijs idipsum a me vehementer eflagitantibus satis facerem cōmodius: nō tam malignitatem cuiusq̄ʒ veritus: q̄ tuam in hoc diuinā illam quidem et admirabilem benignitatem reueritus: Cuius insigne venerandumq̄ʒ nomen satis me (vt confido) a genuina vitilitigatorum istorum rabie securum reddet. Valeas pater clementissime: litterarum decus: et dignitatis istius singulare ornamentum. Rome. iij. Non. Aprilis. Mccccxciij.

¶ Foderunt manus meas: et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Dauid ps̄. xxj.

SI quantum pietas aput me potuit hodierno die tantū prudentia valuisset Beatiss. pater: nunq̄ profecto commisissem vt mihi hoc orandi munus esset nunc in celeberrimo totius orbis loco subeundum: presertim cum plane intelligam me nec tali doctrina esse institutum vt possim: nec tanto preditum ingenio vt audeam in hac clarissima luce sine magna sollicitudine: et metu versari: sed habet certe aliquā temeritas mea excusationem: Cum sit interdum nō minus pietas in audendo: q̄ modestia in reticendo laudabilis: Cuius plerunq̄ʒ immodicus ardor magnā apud deum hominesq̄ʒ consequitur gloriā: Quod quidem. B. Pater cum alijs plerisq̄ʒ: tum maxime illi cui primo xp̄s claues et sedem istam tuam cōmisit accidisse legimus. Petrus siquidem (vt euangelica tradit historia) cum ex naui quondā preceptorem suum in medio mari conspexisset: non periculi: non suiipsius

memor:statim sese in vndas proiecit quo celerius ad illum cuius in- credibili amore tenebatur perueniret. Reputans igitur ipse mecũ pe- nas Redemptoris nostri: ⁊ crucem illam sanctissimam tota mentis contemplatione percurrens temperare mihi quidem non potui. Vi- debam enim Saluatorem nostrum per mare illud rubrum inter mor tiferas tempestates trophea salutifere passionis sue gestãtem: cuiusq₃ fretus bonitate his fluctibus ⁊ huic pelago cõmittere me non dubita ui. neq₃ enim diffido que ipsius in omnes est benignitas quin mihi hodie sicut quondam Apostolo suo opem in medio mari sit allatur⁹. Quanq̄ non parum profecto me recreat mansuetudo tua Sanctissi- me Pontifex Alexander: cuius aspectus mihi multo iucundissimus securitatem ⁊ quasi certum quoddam presidium polliceri videtur: Ve stra item humanitas Reuerendissimi atq₃ amplissimi patres: quos ego cum silentio: tum attentione summa ad audiendum me paratos conspicio: Neque enim quod mea vel plurimum interest insignis hec hodierne Concionis materia aut verborum ornatu aut sententia rum splendore aliquo indiget: sed pura ⁊ simplici enarratione conten ta nudam duntaxat vocem sine arte: sine industria requirere videtur. que tantum habet ipsa grauitatis per se: tantũ pietatis: vt neq₃ meã que prorsus nulla est: neq₃ cuiusq̄ ad cõmouẽdos vestros animos elo quentiam desideret. Quis enim eam rem imperturbatus audiat: quã olim ⁊ dissfracti lapides luxerunt: ⁊ nunc quidem hec ipsa (vt mihi videtur) edes atq₃ hi quos cernimus ipsi denudati parietes ⁊ quasi splendore suo exuti deplorare conantur? Nam quid aliud nuda ista subsellia. velate imagines. detecta altaria nos admonent? Quinimo ipsa hec dies nescio quo modo obscurior creatoris sui tormenta quasi sensatũ quoddã turbata luce prosequit̃. Dicã igit̃. B. p. ac primũ qdẽ Saluatoris nr̃i ⁊ penas ⁊ mortẽ necessariã saluti hoim fuisse docebo. Deinde quo breuius potero eiusdem mortis conditionem cuius hodie memoriã celebramus percurram: eritq₃ hoc pietatis: illud ingenij ⁊ ra tionis curriculum: vos vt cepistis queso diligenter attendite.

¶ Superuacuam fuisse mortalibus Christi passionem plerìq₃ asserue runt q̄ nihil vel ad gloriam suam vel ad salutem nostram pertinere videatur: quorum hec ferme est sententia. Potuisse inquiunt deum cum omnia possit alia quadam ratione orbem hunc nostrum ingredi ⁊ se conferre ad homines non pauperem: non abiectum ac sordidum quod a tanta maiestate vehementer abhorret: sed decorum illustrem suaq₃ illa diuina virtute ac potẽtia cõmunitum. Preterea quid eum mulieris vtero insinuari oportebat ⁊ sese humanis sordibus immisce ri cum posset etiam in celo residens vel solo nutu omnis homines si eorum cura tangeret̃ ad salutis viam perducere. labores. iniurias. ma ledicta. contumelias. verbera latronum more deum subijsse pro homi num salute nec consentaneũ nec verisimile est. Quid enim nobis aut

illi crucis patibulum vel vtilitatis afferre potuit vel cõmodi? Postre
mo multa sunt (vt affirmant) ex quibus conicctare licet aut nullum
esse deū ⁊ falsa homines credulitate moueri: aut si quisꝙ sit eum res
humanas nõ curare: Qd autem nullus est ex eo vel maxime apparet
q̄ bonos viros aduersa fortuna opprimi: malos secunda extolli fre
quenter videmus. Quod vero sit ⁊ humana non curet ea ratio osten
dit: quia cum affectibus careat: cura humanarum rerum que sine af
fectu non constat eum attingere non potest. Restat igitur religionē
totam aut inanem esse: aut omnino nullam ⁊ Christum Jesum si de
us ⁊ dei est filius: sicuti certe est: carnem hanc nostram assumere: cru
cisqꝫ tormenta subire quo nos saluaret non modo non debuisse: sed
ne potuisse quidem: cum nemo existimet deum affectibus esse subie
ctū. Sūt h̄ epicuri inter crapulā ⁊ calices suos ructātis vomit⁹: eorūqꝫ
q̄ scelere ⁊ neqcia inuoluti neqꝫ dei neqꝫ sui mēores impunitatē sibi
hmōi delirāmtis pollicēt̄ quoꝶ eo miserabilioꝛ ē ꝯditio q̄ miseriā suā
tū nolūt: tū ēt nequeūt agnoscere. Quid. n. si deus humana nõ curat: si
bonoꝶ ⁊ maloꝶ studio nõ mouet̄. si nec iustos amat nec impios odit:
qd inq̄ stulti⁹: q̄ tēpla extruere. laudes reddere. cõferre dona: vt nihil
inde boni: nihil cõmodi assequamur? atqꝫ (vt ille ait) si talis ē vt nul
la hoim caritate teneat̄ valeat Quid enim dicā ꝓpici⁹ sit: esse eni pro
pitius pōt nemini. Stult⁹ igit̄ Socrates. insan⁹ Plato. delir⁹ Aristo
teles. zeno itē Stoicus ⁊ pleriqꝫ oēs phoꝶ amentes plane ⁊ fatui: q ⁊
deū esse ⁊ ei⁹ ꝓuidētia cūcta hec ꝯsistere ptim senserūt: ptim ēt in scri
ptis reliquerūt. Salomon quoqꝫ rex dei testimonio oim mortaliū sa
pientissim⁹ sine mente tūc erat cū ad ipsi⁹ oipotētis dei honorē nobi
lissimū templū hierosolymis extructū ꝯsecrauit: imo vero illos ipsos:
q hec somniauerūt vecordes ⁊ absqꝫ vlla bone mētis effigie q vel ex
hac sine dubio p̄clara ⁊ speciosissima reꝶ quas cernim⁹ mole nõ potue
rint adduci vel ad suspitōꝫ aliquā eoꝶ: q̄ de deo ac parēte suo ⁊ tenēt̄
ab oib⁹ ⁊ aliter eē nõ p̄nt: sꝫ credo eos sicut mētis ita ēt oculoꝶ visu ca
ruisse ⁊ hāc ingentē terrā: hec latissima maria. hūc imensuꝫ aerē: ⁊ ce
lū supra hec ꝯtinuo sese voluētē: stellas. solē. lunā. ceteraqꝫ pulcherri
ma hui⁹ machine (q̄ mūdus appellat̄) ornamēta videre nõ potuisse: q̄
tāta rōe ꝯstāt. tāto ordine regunt̄: vt nulla harmonia ꝯcinnioꝛ. nulla
ꝯcinnitas suauioꝛ: nulla suauitas gr̄ioꝛ. salubrioꝛ. vtilioꝛ aut inueniri
aut effici potuisse videat̄: ⁊ h̄ temere ac fortuito subsistere quisq̄ sa
ne mētis ꝯtēderit? Hec sine dei ꝓuidētia: ita eē ab initio disposita cre
diderit? An vero per ipsum imortalem deū nobis qui hoc sumus vili
corpusculo inclusi artem. consilium. rōnem. intellectum ⁊ ꝓuidendi
multa: ⁊ gubernandi ꝑpe infinita: ⁊ quedā ēt de nouo quasi creādi cõ
cedem⁹ illi vero imenso ⁊ ꝑpetuo fonti a quo omnia hec miro quodā
⁊ ineffabili ordine profluxerunt curā suaꝶ rerum nõ dabim⁹? ⁊ num
quid solus ille q plātauit aurē nõ audiet: ⁊ q fecit oc'los nõ videbit?

Quod cum falsissimũ tum ratione tum exemplo ⁊ auctoritate cõuin-
catur: necesse est profecto ⁊ deum esse: ⁊ res humanas curare: ⁊ bonos
hoc est sui similes diligere: Malos contra odisse. Semper enim iusti-
tia iniquitati repugnat: ⁊ bonitas prauitati est inimica. Quod si deo
qui summa est iustitia: summa bonitas: improbi displicent: conuenit
certe vt puniantur. Neqꝫ est quod mihi aliquis dicat displicentiam
hanc ex affectu prouenire: quo deum ipsum qui stabilis: firmus: incõ
cussus est: cõmoueri non decet. Mouetur nanqꝫ summus ille rerum
opifex: nõ autem affectibus (hi enim deum attingere nõ possunt) sed
effectibꝰ duntaxat. Et sicut ad coercendã malitiã opprimendaqꝫ sce
lera insurgit: ita ad ꝓbitatẽ ⁊ innocentiã ꝯseruandã presto vbiqꝫ est:
quoꝝ vtrunqꝫ ad iustitiã ⁊ bonitatem que in deo summa ⁊ precipua
sunt pertinet. eiqꝫ velut soli huic lumen ꝑpetuo adheret. Nec tamen
motum hunc more humano: aut cum passione vel turbatione aliqua
nature illi excellentissime euenire dixerim. Quis enim deo iram hanc
nr̃am: hoc est nostre huic similem: attribuerit: cum eã physici asserãt
ex sanguinis circa cor accensione causari: ⁊ deus omnino tam corde:
ꝙ̃ sanguine careat? Neqꝫ enim nunc de xp̃o: qui ⁊ ipse verissimus est
deus ex humana carne ⁊ diuina essentia constans: disputamus. Ali-
ter enim de eo loquendum esset: ⁊ alia ratione incedendum: Sed no-
bis nunc de diuina essentia sermo est: non de natura humana. Mo-
uetur itaqꝫ deus (vt dicebam) non hominum affectibus: aut his qui
nobis sunt cum reliquis animantibꝰ cõmunes: quod vtiqꝫ absurdissi
mum esset: sed mouetur ille quidem effectibus (sic enim eos doctores
sacri appellant) ⁊ sua quadam diuina ⁊ peculiari ratione: quã huma
na assequi mente vel difficile, vel impossibile sit: ⁊ quemadmodũ pro
bos homines ⁊ cum virtute viuentes diligit: ita malos ira ⁊ odio pro
sequitur: alioqui inter vitia ⁊ studiosas actiones nil interesset. Cur
autem boni viri malis innumerabilibus plerunqꝫ in hac vita vexen-
tur: improbi item cõmodis omnibus affluant dicam paulo post: nunc
quoniam deo cure res nostras esse ostendi prosequar cetera: que se cõ-
tinenter offerunt ne instituti sermonis cursus intercidatur. Prospi
cit ergo vt docui summa illa ⁊ ineffabilis maiestas rebus humanis:
eisdemqꝫ pro sua diuina benignitate ⁊ prouidẽtia moderatur. Quod
si moderatur? certe prodest. Si vero ꝓdest? conuenit vt eas etiam di-
ligat. Si autem diligit? quis mirari debet illam saluti hominum vo-
luisse consulere: orbiqꝫ huic nocte ⁊ tenebris offuso lumen celitus de-
mittere: errabant enim miseri mortales: studioqꝫ sapientie inquiren-
de quam sine deo assequi non poterãt mirum in modum torqueban-
tur: iacebatqꝫ ipa veritas (vt Democritus inquit) in altissimo quodã
puteo demersa: ⁊ Anaxagoras circumfusa esse tenebris omnia ꝓnun-

tiauit:ita sapientie splendor:immo ne scintilla quidem nusquã appa
rebat:sed tanto veteres nostri indagande illius ardore tenebantur vt
primum Pithagoras ⁊ postea Plato ad Egyptios vsq; ⁊ Persas
hac sola de causa penetrauerint:⁊ Lycurgus vtroq; prior Lybiam Hi
beriam Indiãq; peragrans gymnosophistas adierit·Misertus itaq;
rerum humanarum mundi opifex deus filium vnigenitum quo sibi
homines maiori beneficio obstringeret transmisit in terram vt illi eo
dem interprete ac magistro omissis erroribus veram tandem doctri-
nam veramq; sapientiam perdiscerent·Uenit ergo Saluator mundi
Christus de sancto conceptus spiritu:de virgine matre genitus:diuq;
cũ hoibus viuens iter immortalitatis nullius adhuc tentatum vesti-
gio illis aperuit·Sed cur homo potius venit q̄ deus? Cur mole carnis
huius nostre circũdatus? ⁊ non purus·non simplex·non expeditus?
Quia nullum aliud animal·nulla alia substantia : nec commodius:
nec rectius docere hominem potest q̄ homo·Sed fingamus sane di-
sputationis gratia: Si Christus Saluator noster olim cum in terrã
venturus erat ignis alicuius speciem aut nubis aut aliam quamlibet
huiusmodi effigiem assumpsisset(nam deus ipe cum sit omnis mate
rie expers oculis humanis peruideri non potest)At vero si tales ali-
quas suscepisset formas:vnde illi ex igne humana vox: aut vnde ver-
ba ex nube suppetere potuissent· Sed esto:do etiam vocem : concedo
verba cum ⁊ Moysi hoc ferme modo locutum fuisse dominum acce-
perimus·Quid autem est? Nonne melius fuit(vt omittam quod per
fectissima sunt omnia diuina opera:⁊ si videtur nobis interdum pro
nostra imbecillitate ita non esse) nonne inquam melius fuit deum ea
forma ad homines descendisse quam illis gratissimã fore non ignora
bat:quandoquidem natura comparatum sit vt omne animans sui si-
militudine plurimum delectetur·Neq; enim vlla poterat esse homi-
ni vel forma vel imago ad videndum iucundior· ad persuadendũ effi
cacior q̄ hominis·Qua ratione summus ille rerum cõditor etiam ad
inferos quondam non corporea effigie:sed anime substantia· quoniã
iturus ad animas erat descendit:⁊ paulo post corpus ipsum resumẽs
in celum triumphans rediit:mortuos·s·in forma sibi cõsimili: hoc est
cum propriis corporibus excitatos iudicaturus:⁊ vnicuiq; pro meritis
siue penas siue premia redditurus·At vero cur pauper in mundum de
scendit? cur humilis? cur abiectus? cur tormẽtis omnibus ⁊ morti tur
pissime expositus? Sciebat ille amplissimi patres(quid enim deus ne
sciat?)multo plus factis cõmoueri homines q̄ verbis:facilius exem-
plo vite q̄ sermonis hortatione ad bene beateq; viuendum institui·
Equidẽ cũ bene dicere nullius sit laboris:bene viuere maximi ⁊ incre
dibilis est·Quod si Christus omni voluptate:omnibus delitiis afflu-

ens equo animo ferendam esse paupertatem suaderet: si ipse felix adversos casus fortiter esse tolerandos predicaret. si incõtinens ipse continentiam amplectendam esse contenderet. si deniq̃ nullo ipse incõmodo affectus alios ad dolorem: penas: mortemq̃ contemnendam hortaretur: nemo illum (vt arbitror: immo vt certe scio) non modo sequi: sed ne audire quidem voluisset. est nanq̃ portento simile ea velle ceteris persuadere que tuipse nunquam attigisses. Sed poterat vt superius est obiectum etiam in celo residens omnis homines solo nutu ad veram imortalitatis notitiam perducere. Atqui nonne idipsum fecit? nonne & nutu & voluntate perduxit: cum filium vnigenitum ad eos hac potissimum causa transmisit? An existimandum est obsecro sine patris consensu Saluatorem nostrum in terrã descendisse? hoc nemo dicet: Sed illud fortasse dicet: Cur descendit in terram cum in celo nihilominus res peragi potuerit? Quoniam vt dixi exemplo optime docetur virtutis via cum diffillimum habeat aditum: & deus ea que facere homines volebat: fecit prius ipse vt eo magis illos ad bene beateq̃ viuendum excitaret. Quis enim seruus tam impudens: tam barbarus: tam ingratus: tam impius sit: qui si dominum suum videat omnibus tormentis. doloribus. penis expositum pro se non item ipse pro domino & corpus & vitam omnibus periculis exponat? At vero multo id quidem magis nos facere oportet: qui vt om̃es molestias omnes penas subeamus pro Christo nobis gratiam: nobis premia cumulamus non illi referimus: & in eo ipso quod deo seruimus: quod cum virtute viuimus: quod a Christi mandatis non discedimus non ipsius vtilitati qui hominum opera non indiget: sed nostre consulimus saluti. Quod autem boni plerunq̃ in hoc seculo vexentur: mali item in delitiis sine vllo incommodo quiescant: hec plane est ratio: Quia cũ ardua & maxime angusta sit (vt sepius dixi) via illa virtutis: quã Philosophi impedimentis omnibus refertissimam esse ostenderũt: & cum omnia eius officia in tolerandis laboribus: in perferendo dolore: in periculis obeundis: in contemnenda morte versentur difficile: & quodammodo impossibile est luxuriosos diuites & omni rerum ac voluptatum copia redundantes ad illam aspirare. Quod equidem ipsius Jesu Christi exemplo vel maxime comprobatur: qui cum eiusdem virtutis & ductor esset & verissimus antistes repudiatis opibus: reiecta quiete: propulsatis voluptatibus inopiam. laborem. sitim. esuriem penas mortem est amplexus. Preterea consentaneum profecto est & plurimum conuenit vt homines in sui finis contemplatione qui deus est sint semper occupati: eaq̃ summa ope euitent que huic instituto possunt quoquo modo esse contraria. Sed lusus. cõmessationes. libidines & omnes id genus voluptates quas ab ocio & diuitiis proue-

nire certissimum est illos vel maxime ab ea cogitatione auertunt: iu-
bentqꝫ non deo ⁊ rationi: sed concupiscentie ⁊ vitijs omnem operam
adhibere. Decet igitur probos ⁊ innocentes viros quecuis potius in-
commoda subire q̄ in ocio. in rerum copia. in delitijs ita viuere vt me
rito videantur hic mercedem suam recepisse. Nam teste Hieronymo
impossibile est ex terrenis ad celestes comigrare delitias. Quod ipsum
Salomon etiam apertissime sentire visus est cum ait: Risus dolore
miscebitur: ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Et iterum: Risum depu
taui errorem: ⁊ gaudio dixi quid frustra deciperis? Et rursus: Cor sa-
pientum vbi tristitia est: ⁊ cor stultorum vbi letitia. Sed deus bone
quis hoc diuinius ostendit? quis apertius declarauit q̄ Saluator no
ster Jesus cum inquit: Ve vobis qui nunc ridetis quia lugebitis ⁊
flebitis. Item alibi: Beati qui lugent quoniam consolabuntur. Item
⁊ illud: Qui amat animam suam perdet eam: ⁊ qui odit animā suam
in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. A quo ⁊ Tragycus ne
scio qui vates quanq̄ gentilis non multū tamen dissentisse visus est
quando sic ait: Que hic mala putantur hec sunt in celo bona. Pro-
inde dicant licet homines quid velint ⁊ suis vt libet blandiantur for
tunis: sunt certe illi gratiores Jesu Christo: ad eiusqꝫ doctrinam pro-
pius accedunt quos inopem victum patienter sufferre conspicimus:
q̄ quos in rerum omnium ac voluptatū copia vulgus veluti beatos
admiratur. Atqꝫ hoc loco multa profecto de diuitijs haud improban
da dicerem: que ⁊ ipse si recte acquirantur expeditissimū prebere pos-
sunt ad salutem viaticum. neqꝫ enim vlla virtus aptior est si plane
deum ipsum immortalem imitari voluerimus ⁊ eius quodammodo
diuinitatem effingere: q̄ beneficentia ⁊ liberalitas. Omnibus nanqꝫ
summus ille opifex bona infinita largitur: omnibus se quottidie imo
continue exhibet liberalem. Atqꝫ hoc ipsum homines opulenti ⁊ di-
uitijs affluentes facile (vt mihi quidē videtur) si modo voluerint
consequi possunt. Nam diuitie (vt Ambrosius inquit) sicut impedi-
menta improbis: ita bonis sunt adiumenta virtutis. Multa igitur di
cerem in hanc sententiam ne opibus: quas nemo per se malas existi-
mat bellum indixisse viderer. nisi iamdudum ⁊ animus ⁊ ipsa oratio
ad alteram instituti sermonis partem festinaret. Nemo igitur mire-
tur si iustum quandoqꝫ hominem fortune ictibus concussum aspexe
rit credatqꝫ iustitie ⁊ bonitatis sue coronam in celo esse repositam.
Nam deus ipse immortalis (vt Seneca inquit) homines pro libe-
ris habet: sed corruptos ac vitiosos luxuriose ac delicate patitur
viuere: quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem
quos diligit castigat sepius ⁊ assiduis laborib⁹ ad vsum virtutis exer
cet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac depravari sinit.

Quod ipsum ꝛ a medicis quotidie fieri videmus qui egrotis homini-
bus de quorum salute nulla spes reliqua est sine delectu aliquo pro
ipsorum appetitu indulgent omnia. eos vero quorum mors certa ad
huc non est multis rebus etiam auidissime desideratis abstinere iu-
bent. Ostendi igit̃ vt promiseram Beatissime pater pro ingenij mei
paruitate Jesu Christi mortem nobis non modo non superuacuam:
sed salubrem omnino ꝛ pernecessariam fuisse: Nunc ad mortis ipsius
conditionem breuissime percurrēdam que altera incepti sermonis est
pars deflectat oratio: Vos queso audite ꝛ diligenter sicut hactenus fe
cistis attendite.

¶. Sentio me Beatissime pater asserende veritatis studio longiuscu-
le prouectum ꝛ plus temporis q̄ par erat in re minime dubia consum
psisse: propterea non repetam altius vt equidem erat in animo ea que
Saluator noster pridie q̄ pateretur pro humana salute mirabili pro
uidentia operatus est: omissisq3 omnibus vel factis vel dictis ipsius
que mysteriorum sunt plena ab oratione tanq̄ vero passionis sue ini
tio potissimū exordiar: fuit enim ōro illa tam sedula. tam ardēs. tam
laboriosa: vt non modo gemitum: non modo lachrymas: sed etiam su
dorem ꝛ quod omne anxietatis genus plurimū exuperat: guttas san-
guinis ex sacro illo venerandoq3 corpore expresserit: ꝛ factus (inquit
Lucas) in agonia: hoc ē in timore ꝛ sollicitudine (id eni agonia signi
ficat) erat namq3 Saluator noster in maxima ꝑturbatōne: summaq3
affectuum sollicitudine: vt. s. assumptam humanitatem manifestissi-
mo indicio demonstraret: Atq3 (vt Hieronymus ait) ne passio in ani
mo illius dominaretur: per passionem contristari cepit. Sensualitas
siquidem abhorrens futuram mortem cum vltro ipsam ratio expete-
ret ad summas ꝛ incredibiles angustias illum frequenti estu cogita-
tionis excitabat. Contristabatur enim nō quod penas nollet perpeti
Nam quid in mundum venisset? sed languentium hominum more
qui dum morbi alicuius iniuria vel deperditas vires vel membrū ali-
quod amissum recuperare student (sumus enim ꝛ nos Christi mem-
bra) nullos neq3 dolores: neq3 cruciatus euitant: quin etiam vrgentē
metum rōnis imperio propulsantes ꝛ ferri ꝛ ignis remedia nō modo
nō reformidant: sed etiam arcessunt atq3 vltro efflagitant: qd̄ tñ illi si
modo hoīes sint facere sine ingenti animi sollicitudine nō possunt. fa
ctus igit̃ Saluator noster in agonia laborabat ꝓ rei magnitudine su
pra q̄ dici potest: ita vt ex hac vehementissima ꝛ incredibili anxietate
sanguis vel sudor tinctus sanguine oībus membris totoq3 corpe sese
effunderet. Ille in terra ꝓiect⁹ ad celū oculos totāq3 mentē ꝯuertens
ter in hunc modū dixisse ꝑhibetur: Mi pater si possibile est transeat

a me calix iste:verum tamen nō sicut ego volo:sed sicut tu: Et apparuit ei angelus confortans eum. Sed dicet hic fortasse aliquis (vtar enim vestra bonitate amplissimi patres:ac paululum a proposito digrediar:quoniam me tam diligenter attenditis) dicet inquā aliquis: Quid est q xps patrem orabat vt calix ille mortis a se tolleretur: cū id nequaq̄ vellet: aut si volebat: cur a deo tunc exauditus non fuit? Atqui oratio hec Saluatoris ea ex parte proueniebat: que (vt modo dicebam) ad motum ⁊ afflictionem sensitiue partis attinet non que ad rationem ⁊ certam animi voluntatem:ideoq3 mox addit: Uerum tamen nō mea voluntas fiat pater:sed tua. Atq3 hoc ipm Dauid etiā Rex in xpi persona diuine sicut omnia his verbis elocutus est: Deus deus meus clamabo per diem:⁊ nocte:⁊ non exaudies me. Quia ⁊ circa horā nonam diei clamauit in cruce:Heloy Heloy lama Zacabatani. Et hac nocte proxime preterita clamauit.i.orauit ad patrē:de qua ego oratione nunc loquor:Orauit inquam pro sua liberatione dicens: Mi pater si possibile est transeat a me calix iste:⁊ non exaudies: quia (vt ostendi) exauditus nō fuit. Peracta igitur oratione venit ad discipulos:quib⁹ a somno excitatis ait: Dormite iam ⁊ requiescite: ecce qui me tradet prope est. Dormiebant enim preter Judā ceteri omnes: is nanq3 accepto iam facinoris sui stipendio:coactaq3 pessimorū hominum manu propperabat infelix ad agni sanctissimi proditionem: ad sanguinis iustissimi effusionem:ad templi illius sacratissimi destructionem:nō ex parietibus manufactis:sed ex lapidibus preciosis ⁊ viuis constructi:qd̄ tn̄ triduo post instaurari debebat: vt.s.omnibus gentibus:omnibus populis:atq3 etiam ipsi misero si voluisset refugiū foret salutis ⁊ gratie. At vero crudelissimus parricida ad iudeos se cōtulerat ⁊ recepto iam perfidie sue stipendio:principatumq3 inter eos sceleris sui priuilegio obtinens ante omnes gradiebat. Ipse ipse dux: ipse tenebrarum caput perditissimo ⁊ teterrimo gregi signum dabat Quemcuq3 inquiens osculat⁹ fuero ille est tenete eum. Quid postea? persoluit infelix quod promiserat:manibus impurissimis Jesum amplectitur:faciem illam deo ⁊ hominibus iratā vultui sanctissimo admouet:pallido:trementiq3 ore xpm osculatur:neq3 enim ille qua erat māsuetudine proditorem suum reijcere voluit. Perge porro:sed quid tandem hic restat nisi vt voce tota in clamorem prorumpam? O scelerate Juda:O impurissime latro:O imanissima bellua:osculo tu quod ad humane societatis coniunctionem ⁊ vinculum pertinet: quod sacrosanctum charitatis ⁊ beniuolentie fedus adinuentū est:osculo inquam Preceptorem tuum tradis? Scriptum est peccatum hoc:scriptum est scelus hoc stilo ferreo in vngue adamantino:⁊ testis falsus non erit impunitus pro eo quod vendidit argento iustum: Argento

enim Jesum vendidisti crudelissime gladiator. Illum inquam vendidisti cum quo panem cōmedebas. illū vendidisti cum quo dies & noctes dulces capiebas cibos. i. qui te suauissimis & saluberrimis admonitionibus continue pascebat. Sed videamus queso quod facin⁹ aut crudelius aut detestabilius aut immanius perpetrari potuit. Miserū certe est ab ignoto homine iniuriam accipere: miserius a noto. Acerbū ab extraneo: acerbius a proximo. Calamitosum ab inimico: calamitosius ab amico. Indignum a vicino: indignius a domestico. Luctuosum a ɔciue: luctuosius a cōuiua. Horribile a socio: horribilius a discipulo? & erat tibi ille quē ꝑdidisti notissim⁹ o Juda: erat proxim⁹: erat amicus. domesticus. conuiua. magister. Quid? ꝗ parēs. ꝗ saluator. ꝗ dñs. ꝗ creator. ꝗ deus? Cohors ergo & tribun⁹ & ministri Judeoꝝ cōprehenderunt Jesum & ligauerunt eum. Atq3 ibi primū se ille nō modo ab inimicis circundatum: verum etiam ab amicis & proximis omnibus misere destitutū conspexit. Quocunq3 oculos vertebat neminē pro se intuebatur. facti sunt principes eius. i. apostoli eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absq3 fortitudine ante faciem subsequentis. omnes amici eius dereliquerunt eum: & preualuerunt insidiantes: non est qui consoletur eum ex omnibus caris eius. Colligatis itaq3 post tergum manibus quasi agnus in medio luporum ad Pilatum presidem trahebatur? omnes in eum verbis pariter & verbersibus seuiebant. nec vero ille quenꝗ in tanto perditorum latronu3 grege conspicere poterat qui sanguinem suum inusitata & incredibili rabie non expeteret. Videres aliquos pugnis atq3 alapis eum cedere. plerosq3 diro latratu acerbissimisq3 vocibus partim irridere. partim maledicere. quosdam capillum & barbam (o intollerādum dedecus) impurissimis manibus expilare. nonnullos in eum quasi in maleficū quempiam ore scelestissimo conspuere. Pilatus autem cum illum post multas & pene infinitas vexationes adduxissent ad se cognita eius innocentia instare admodū cepit vti a morte absolueretur optione ꝗ plebi proposita de eo: deq3 Barraba nescio quo improbo & sedicioso homine qui forte tunc in publica custodia asseruabatur inquit: Est vobis consuetudo per hos dies reum aliquem a carcere liberare. vultis ergo vt Jesum Nazarenum vobis absolutum dimittam? Tū vero sacrilegi homines sublato ingenti clamore: Non Jesum inquiūt sed Barrabam Barrabam nobis dimitte. Deus bone quanto hec dicenda sunt cum dolore? quanto eloquenda cum gemitu? quibus lachrymis deploranda? An quicꝗ peius? an scelestius quicꝗ aut fieri. aut dici. aut etiam excogitari potuit? sceleratum innocenti. sacrilegū

sancto·iniquum iusto·seductorem pacifico·crudelem miti ac pio·quid superest: deo Optimo Maximo hominem infimum et pessimum pre tulerunt·Trahitur ergo Christus ad verbera: facinus indignum· res miseranda· scelus inauditum·Trahitur inquam Christus hominum Saluator ad verbera·nudusque velut latro aliquis ad lapideam colum nam deligatur·Aderant ibi carnifices ad pulsandos homines exercita tissimi·circumsistunt columnam·expediunt flagra· preparant sese (hor ret animus cetera persequi) attollunt sacrilegas manus· ingeminant percutiunt·verberant diu·acriterque totis viribus: cedebatur sacrum il lud venerandumque corpus · cedebatur deus et parens et saluator no ster: atque ita cedebatur vt non capiti·non ori · non ipsis etiam oculis parceretur·Hem bone Jesu·mundi Saluator·spes futuri seculi: sic ne a gente tua·sic a populo tuo exciperis: Miserum me : hec gratitudo est: hic honor est: hec gloria est que tue debetur maiestati: an ideo ho minibus salutem e celo attulisti vt tibi illi vitam in terra eriperent: feriebant eum crebris ictibus homines illi scelestissimi · intumesce bat atris plagarum vestigiis totum corpus: disruptaque verberibus cu te sanguis in terram vndique diffundebatur : atque vbi iam tortores: et essent quodammodo tormenta ipsa defessa: Pilatus tertio(totidem enim sacri perhibent euangeliste) ad Judeos exiuit inquiens se in Je su mortis causam non inuenire: viderique sibi talem esse illum qui me rito absolui debeat: presertim flagellatus iam et verberibus adeo affli ctus·Tum illi: Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum· O audaciam singularem: O incredibilem insaniam· Hunc vos male factorem appellatis homines dementissimi qui cecos illuminat : qui claudos erigit·qui leprosos curat·qui mutis sermonem reddit· surdis auditum apperit·languidis sanitatem donat· moribundis salutem lar gitur·mortuis denique ipsis vitam restituit: Quam bene·sancte· et su preme deus vel hac sola voce furoris vestri cecitatem declarastis: sed vna ratio vobis (vt credo) opitulatur: quod ea que apud vniuersas na tiones bona et sancta putantur eadem vos mutato in contrarium et sensu et nomine mala atque impia existimatis: et id quidem ita vobis pre scribitis imitandum: obseruandumque vt si bonus aliquis inter vos (quod tamen ego fieri posse non arbitror) sed si quis forte inueniretur eum quasi sceleris crimine conuictum tollere possetis e medio: essetque apud vos bene agentibus pena proposita: male vero premia constituta : atque hoc modo certatim in tenebras·i·in scelus et nequitias vestras rueretis · Omnes inquit de vobis rex quondam vester Dauid declinauerunt simul· inuti les facti sunt·non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum· Pilatus itaque

⁊ clamore illorum ⁊ Herodis Tetrarche instigatione metuentis ne
regno pelleretur victus est: ⁊ xp̄m iam prope extinctū verberibus eo-
rum voluntati tradidit vt ipsimet de illo ſm legē suā iudicarent. O
magnum ⁊ incredibile facinus. O graue inauditumqꝫ crimen. Quid
mihi hominis mortem nuntiatis? Quid humana refertis supplicia?
Deus inquam: deus omnipotens mortali corpore indutus ad crucem
ducitur. Deus Optimus Maximus seruili: ac turpissima morte con-
demnatꝰ. Generatio praua ⁊ peruersa: heccine reddis domino popule
stulte ⁊ insipiens? Nunquid non ipse pater tuus: qui possedit ⁊ fecit
⁊ creauit te? nonne ipse deus tuus est qui tibi mari in medio siccum
iter aperuit: in quo tibi salus: inimicis fuit interitus? qui te annis qua
draginta in deserto cibauit manna: qui te in argento ⁊ auro eduxit: ⁊
non erat in tribubus tuis infirmus: qui te vmbra nubis per diem de
super tegebat: qui tibi aquarum fluuios de petra: qui auium multitu
dinem de celo emisit? quid dicam bella orationibus gesta? quid ho-
stium mortes per femine manus factas? quid victorias sola dei inuo
catione quesitas? Illud autem quomodo narrabo ꝙ Egyptum aqua
pro vobis pugnante rana: cyniphe: musca: peste: vlcere: grandine: locu
sta nocte: primogenitorumqꝫ interitu strauistis. ꝙ muros Hierico in
voce tubarum: psalmorumqꝫ deiecistis. Hic ille est popule stulte ⁊ in
sipiens cuius tu virtute: cuius auspicio hec omnia: ⁊ alia multo plura
peregisti. Sed quid ego hec cōmemoro sceleratissime genti: si tamen
gens appellanda est ⁊ non ferarum teterrima multitudo? Aures ha
bent ⁊ nō audiunt: oculos habēt ⁊ nō vident: pedes habent ⁊ nō am
bulant. Vos ergo patres quibus dei optimi munere veritas reuelata
⁊ celitus missa est sapientia: quibus ⁊ audire ⁊ lucem intueri ⁊ versa
ri in luce permittitur. Adestote queso omnes animis qui adestis cor-
poribus: huc mentes vestras: huc pietatis misericordieqꝫ oculos con-
uertite. Educunt Judei Jesum spinis coronatum: sanguine multo cō
spersum: sputo ⁊ omni sordium genere turpiter oblitum. Flagellis ac
verberibus debilitatum prorsus ⁊ vix iam pedibus innitentē. Aspici
te collapsa membra ⁊ omni penarum genere pallida atqꝫ exanguia.
Riget cruore squallidi capitis concreta cesaries. formosus ille ⁊ sua-
uis aspectus nusquam cernitur. pristinus forme vigor liuore ⁊ sangui
ne contabuit: capilliqꝫ coherētis illuuies attenuatos oculos ⁊ lumen
prope extinctum puluere ⁊ cruore obducit. Adhesit caro eius ossibus
ipsius. A planta pedis vsqꝫ ad verticem non est in eo sanitas. Vidi-
mus eum ⁊ non habebat speciem neqꝫ decorem: sed erat species eius
inhonorata ⁊ deficiens a filijs hoim. mutatus est enim color optimꝰ
obscuratum est aurum: ⁊ lapis ille preciosus. electus. angularis: quez

quondam deus in fundamentis Syon: id est in sancte matris eccle- sie fundamentis missurum se pollicitus erat perdidit decorem·perdi- dit lumen: quãuis virtutem non amiserit·nemo eum nouit·nemo esti mat·nemo veretur·Lux in tenebris lucet ꝛ tenebre eam non compre- henderunt: In propria venit ꝛ sui eum non receperunt· Quis est iste qui venit Edom: i·sanguineus tinctus vestibus de bosra·i· angustia vel tribulatione·Quare rubrum est vestimentum tuum: ꝛ vestimen- ta tua sicut calcantium in torculari: Torcular inquit calcaui solus: ac si aperte diceret: solus pro humana natura sanguinem effudi · solus crimina omnium durissima morte ꝛ acerbissimis penis meis abstuli· De quo etiam Moyses inquit: Vos tacebitis ꝛ alius: hoc est Christus solus: pugnabit pro vobis: moriendo·s·in cruce pro salute omniũ mor talium· Ecce igitur Beatissime Pontifex q̃ aperte omnia hec di- uini Israelitici vates predixisse videntur: q̃ bene dies dici eructat ver bum ꝛ nox nocti indicat scientiam·q̃ decenter rota in medio rote col locatur·q̃ manifeste abyssus abyssum inuocat·i· prisca illa hebreorũ lex noue huius nostre sacra declarat: ꝛ quodammodo inuocat myste ria: in voce catharactarum tuarum: hoc est ipsorum prophetarum vo ce· Atq3 de hoc ipso alibi etiam legimus: Posuit tenebras latibulum suum: vetus·s·testamentum: quod ipsis erat obscurum figuris· In cir cuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris· Sed addit postea: Pre fulgore eius nubes transierunt · Quia aqua il- la que in nubibus latebat: vt Christiane legis mysteria que in veteri testamento latebant in aperto post Christi aduentum refulserunt· ita quod ab omnibus nõ iam per enigmata ꝛ obscuras similitudines sed manifeste ac simpliciter ꝛ doceri possent ꝛ pcipi· Emisit enim ex nubibus illis aquarum fontes Saluator vt fluminis impetus letifi- caret ciuitatem suam: cuiꝰ saluberrimo potu nulli homines: nulla to- to orbe regio esset expers· In omnem enim terram exiuit sonus Apo- stolorũ Christi ꝛ in fines orbis terre verbũ eorum· Quanq̃ quid ego huc sum delapsus quasi vel ex nostris dubitet quispiam vel ex alienis negare possit ea que diximus omnia de Christo intelligenda esse: et prophetas ipsos alium quendam diuinis illis vocibus cecinisse: non eum qui a nobis colit Jesum mundi redemptorem: Neq3 enim apud Judeos mihi sermo nunc est: quorum furor toto orbi iampridem in- notuit· Illud tamen quod a principio statueram mihi dicendum loci huius oportunitate admonitus: vestraq3 humanissima attentione pe ne requisitus preterire non possum· Juuat enim prophanum illud ge nus non nostris: sed suorum hominum auctoritatibus paululum ag gredi ꝛ arma illa quibus frustra nos oppugnant in ipsos retorquere: quo paucissimis verbis vanas rationes: quibus stultissime nobis ob-

strepunt proprijs auctoribus: et suo (vt ita dixerim) mucrone iugulatas conspiciant. Docebo enim idipsum quod a religione nostra abhorrent quod in tenebris versantur. quod Christum veram lucem ignorant multo antea tempore a maioribus suis predictum fuisse. Ubi es sancte vates Hieremias? quid dicis? quid clamas? Preuaricatio inquit est in medio domus Juda ait dominus: negauerunt me et dixerunt non est ipse. Et que sit preuaricatio et que domus Juda et quem negauerunt neque ambiguum neque obscurum est. Quid tu autem Jsaias? Audite celi et auribus percipe terra quia dominus locutus est: filios enutriui et exaltaui: ipsi autem spreuerunt me: Cognouit bos possessorem suum: et asinus presepe domini: Jsrael autem me non cognouit: et populus meus non me intellexit. Et postea addit: Auditionem audietis et non intelligetis: et cernetis videbitis et non scietis: incrassatum est enim cor populi huius. Jtem Ezechiel dum captiuus prophetaret in Caldea sic ait: factus est sermo domini ad me dicens: fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum et non vident: et aures ad audiendum et non audiunt. Ex quo certe Judeorum scelus atque impietas manifestissime apparet: Neque enim tam clarus sermo. tam simplex. tam manifestus inuerti aut deprauari vllo modo potest. Jtaque redeamus illuc vnde nostra diuertit oratio. Educitur Jesus ad supplicium eo quo narrabam vultu: eoque corporis habitu: crucem ipsemet humeris deferens. confectus flagellis: sanguine: et sordibus squallens. capite sentibus coronato. Cumque peruentum esset ad locum: qui caluarie. i. sanguinis dicitur: rursus hic Saluator noster denudatur: et corpus illud sanctissimum: quod paulo post omnia ad se trahere debebat: quod a terra exaltatum veluti eneus ille Moysi serpens singulare presidium: et saluberrimum medicamen futurum omnibus gentibus erat. Jterum inquam sub aperto celo ante omnium oculos vestibus cunctis denudatur: et milites ipsi: vel potius nequissimi latrones sortibus illas inter se diuidunt: Crucem eo spectante coaptant. titulum inscribunt. erigunt postea et in terra defigunt. manus et pedes (o bone Jesu quis hec sine gemitu: quis sine lachrymis referat?) Manus inquam illas et pedes sanctissimos ferreis clauis perforant. Quid amplius differo? Tollitur sublimis in cruce mundi Saluator. eleuatur a terra hominum Redemptor. expandit tota die manus suas. posuerunt enim lignum in pane eius: et cornua in manibus eius. foderunt manus eius et pedes eius: dinumerauerunt omnia ossa eius. distillant manus eius mirrham: et digiti eius guttas. Eleuatio enim manuum suarum sacrificium vespertinum. De cuius supplicij atrocitate quid ego multa dicam? cum omnes sciant quantus sit dolor eas cor-

poris partes ferro transfigi: que plurimis sunt contexte neruorum co
euntium fibris: vbi pene omnis viuacitas sedes suas: ⁊ quasi arcem
quandam retinere videtur. Ecce autem paulo post horrenda adess-
se prodigia: ⁊ subita rerum insensibilium mutatio: que opifici ⁊ pa-
renti suo quibus poterant indicijs commiserari vndiq3 videbantur:
talesq3 ⁊ tantas Summi atq3 Optimi dei penas pro sua queq3 condi
tione deplorare: vt plane tunc diceres pietatem: que humanitatis pro
pria est ab hominibus sese in muta corpora transtulisse. Tota namq3
terre ipsius moles late contremuit. ⁊ lapides terrifico quodam et in-
audito prodigij genere scissi sunt. Sed ⁊ Sol per tres horas: quod fie
ri tunc secundum rationes Mathematicas non poterat: obscoratus
est. Multaq3 sanctorum corpora qui dormierant surrexerunt. At vero
Saluator noster cruci affixus: videns iam perfecta ⁊ consumata esse
omnia: ⁊ penarum suarum ignominiam mox triumpho mortis glo-
riosissime comutatum iri: ad matrem afflictam ⁊ miseram deficientes
ac prope extinctos oculos deflexit: Cumq3 eam lachrymis pene con-
sumptam: ⁊ vix iam dolori resistentem aliquandiu intuitus esset:
ad Johannem postea: qui solus discipulorum ibi remanserat se con-
uertit: Mulier inquiens (sic enim matrem tunc appellauit) ecce filius
tuus. Deinde rursus ad illam se reuoluēs: quasi capite innueret quod
manibus non poterat: Joanni ait: Ecce mater tua. Et ex illa hora ac-
cepit eam discipulus in suam. Cogitate nunc viri optimi et mentes ve
stras tanto dolori. tante pietati queso recludite: qui status: que condi-
tio: qui erat tunc anim⁹ miserrime matri. Ego certe videre videor per
ennes lachrymas: mestissimos eiulatus: dispersos crines: manus san-
ctissimas modo faciem: modo caput plangentes. Sed age omittam⁹
hec omnia: cum eadem sacri etiam euangeliste consulto fortassis omi
serint ⁊ Mariam virginem nihil aliud nisi verba illa notissima orbi-
tatis clamantem nobis ante oculos proponamus: Mi Jesu dulcissi-
mum quondam: nunc vero amarissimum mihi nomen: sic tu obsecro
sponsam tuam deseris? Sic matrem miseram destituis fili? Quomo-
do factus es mihi amaritudo ⁊ dolor? quid igitur faciam? quo iam a-
misso te reuertar? quo me recipiam? domū ne? at que ibi poterit esse vi
ta nisi acerbissima? nisi dolori perpetuo obnoxia? An ne igitur ad Pe
trum. Andream. Philippum. Jacobum: ceterosq3 tuos discipulos: q
te derelicto aufugerunt omnes. At vero adest orbitatis solatium Jo-
hannes: Miseram me: hunc ergo suscipiam: hunc pro te retinebo fili?
hominem silicet pro deo. seruum pro domino. cognatum pro filio? O
acerbā ꝑmutationē: o luctuosū solatiū ⁊ meroris ꝑpetui monimentū.

Sed queso te charissime fili per viscera misericordie tue· per eternum parentē tuum:cur miserrimā matrem in tot angustijs non adiuuas? Cur tormenta hec vel morte subita non tollis? An vero clementissime aures tue:que cunctis hominibus patent mihi vni precluduntur? O vos omnes qui transitis per viam attendite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus· Nonne hec verba omnes comprehendunt calamitates? Non videmini nunc vobis vniuersos audire miseros? Quis tam fuit tempore illo durus ⁊ ferreus:quis tam inhumanus preter impios iudeos·preter sceleratos iudeos·preter sacrilegos iudeos:qui nō eius fletu ac querelis commoueretur? ⁊ quis fuit quin lachrymas emitteret? quin tantum hunc dolorem·tantam hanc calamitatē pio aliquo affectu prosequeretur? Cui igitur comparabo te vel cui assimilabo te filia Hierusalem:cui exequabo te:⁊ consolabor te virgo filia Sion·magna est enim velut mare contritio tua·quis medebitur tui·plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam·sibilauerunt ⁊ mouerūt capita sua super filiā hierusalem plorans plorauit in nocte ⁊ lachryme eius in maxillis eius· O si alicui ex nobis atꝫ vtinā mihi tante huic rei tanto huic spectaculo adesse contigisset:cum deus mulieri· cū Rex ancille·cum maritus sponse·cum pater filie·cum natus parenti· cum Jesus Christus Marie virgini in cruce pendens Joannem filium pro se retinendum tradebat· Taceat iam prisca etas ⁊ pia orbis totius facta sileant· Hoc omnes miseri cogitent:omnes orbati mediten tur·omnes afflicti considerent·hoc deniqꝫ ⁊ parentes vniuersi in filiorum morte:⁊ filij in parentum funere contemplandum sibi proponant·totusqꝫ terrarum orbis calamitatum suarum remedia hoc proposito exemplo requirat· Uidetis ergo amplissimi patres Saluatorem nostrum hec omnia pro nobis:que nemo mortalium nec pro salute propria sustinuisset non minori mansuetudine ꝙ̄ patientia pertulisse·Quapropter cum satis pro tempore de die hoc sanctissimo dixerimus:quanꝙ̄ pro materie amplitudine non satis:si vnum illud quod modo succurrit addidero statim faciam loquendi finem: quod equidem ea potissimū causa inuitus omiserim ne scelus iudeorum post hominum memoriam inauditum:crudelitatemqꝫ his omnibus que narraui maiorem silentio videar preterijsse·Quid obstupuistis patres? an vero putatis que vestra est humanitas locum iam aliquem impietati inter tot mala non superesse:⁊ Jesu Saluatori nostro post horrendum ⁊ atrocissimū illud crucis supplicium nihil vltra potuisse accedere? ita arbitror amplissimi patres· Sed inueniet aliquid iudeorum feritas quod addat ⁊ dolori dolorem· vulneribus vulnera adijcient:quibus satis non fuit Christi captiuitas· non iurgia· non irrisiones· non maledicta·non verbera·non fellis acetiqꝫ potus·non spinea illa coro-

na·non manuum pedumqꝫ atrocissima vulnera·non crucis patibulū
non generosi sanguinis effusio·non deniqꝫ ipsa mors : in qua omnis
pena ⁊ omnia supplicia cessant : in qua inimicorum odia concidunt·
hostium furor sedatur· feraꝝ impetus cōquiescit· Non fertur inimi-
cus in cadauer inimici·non hostis in euersa menia cōcitatur · non itē
fera quātumlibet ferox in mortua sui generis animalia deseuit·Quid
autem fecerunt furiosissime bestie· crudelissima portenta scelerum ⁊
flagitiorum omnium nequissimi latrones? Sed quid fecere? corpus il
lud sanctissimū iam a cōmuni luce: a libero spiritu seiunctum inusita
ta quadam rabie ferro transfigi permittunt·Sed quid ego scelus ex-
tenuo minusqꝫ apud vos dico: atqꝫ ipse cogitans sentio? quasi hoc per
miserint tantum Judei vt fieret ⁊ non effecerint ipsi: Jmmo vero ali
ter esse non potuit: duo enim in omni delicto maxime spectari solent:
animus·s ⁊ euentus·Sed quis Judeorum animus fuit tunc cum Ro
manus ille Centurio latus Jesu Christi lancea confixurus erat? quis
dubitat patres? Nempe vt feriret·Et quis fuit euentus? ferijt: atqꝫ il
lico vidit percussor cum cecus antea fuisset·⁊ iudei in tenebris ⁊ ceci-
tate sua remanserunt: Statimqꝫ ex vulnere sanguis ⁊ aqua effluxit·
Sanguis ad redemptionem nostram: Aqua ad criminum ablutionē
O Reges·o duces·o principes: vos enim qui orbi huic misero cū fa-
stu ⁊ superbia preestis·qui pupillos ⁊ viduas ⁊ pauperes opprimitis:
Qui luxu·cupiditate· auaritia diuina ⁊ humana omnia peruertitis·
qui ⁊ vosipsos ⁊ delitias ac voluptates vestras immortales arbitra-
mini: vos hoc loco quanta maxime possum voce appello·aspicite re-
gem celi · ducem angelorum · principem totius creature · Nemo sit
qui se abscondat a calore caritatis eius· omnes gentes·omnes natio-
nes·totus deniqꝫ terrarum orbis (si nature conditio patitur) huc ac-
cedat·tantumqꝫ scelus·tam inauditum flagitium pio aliquo affectu
prosequatur·Quid facitis patres? quid intuemini? quid taciti expecta
tis? Nos inquā nos tanto redimimur precio·nos tanto curamur im-
pendio·Venite adoremus ⁊ procidamus ante deum: ploremus coraꝫ
domino qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster nos autem
populus eius ⁊ oues pascue eius·Lugeamꝰ vitam nostram mortuā·i·
Christum Saluatorem nostrum ⁊ pro eo vel lachrymas emittamus
qui sanguinem suum pro nobis nō dubitauit effundere· Tu vero mi
serrime peccator quid heres? quid dubitas? quid cunctaris? Ecce nunc
tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis · Quid tibi cum auaritia?
quid cum luxuria? si Johannem vis euangelistam imitari ⁊ Christo
esse dilectus? matrem eius flentem associa · Si Simon es Cyreneus
tolle crucem ⁊ sequere·Si optas crimina tibi remitti? procumbe cum
Magdalena retro secus pedes domini· Si cupis hodie cum Christo

esse in paradiso: crucifigere modo ⁊ dic cū latrone: Dñe memēto mei
dum veneris in regnum tuum. Inspice vulnera pendentis (vt Augu
stinus ait) sanguinem morientis. precium redimentis. caput habet in
clinatum ad te osculandum. pedes confixos ad te expectandum. ma
nus extensas ad te amplexandum. cor apertum ad te diligendum. to
tum corpus expositum ad te redimendū. Hec fideles mei quanta sint
cogitate: hec in statera cordis vestri appendite vt totus ꝓ vobis figat᷑
in corde: qui totus pro vobis fixus est in cruce. Sed video patres opti
mi: video vos iampridem ȩelo xp̄i cōmotos: ⁊ quoquo me verto vbiqꝫ
pietas se mihi vestra ostentat. Dicam igit᷑ fauentibus vobis pro com
muni omnium salute illam ipsam crucem: illa ipsa vulnera corde: et
pia animi contemplatione percurrēs. Oro atqꝫ obsecro te generis hu
mani redemptor: dei atqꝫ hominum mediator: gloria: lumen: spes ⁊ sa
lus nr̄a: per quem facta sunt oīa: ⁊ sine quo factū est nihil: qui nos
captiuitate tua liberasti: vinculis absoluisti: liuore curasti: vulneribus
sanasti. sanguine abluisti: sordibus mundasti: cruce saluasti: infamia
⁊ dolore ⁊ morte ad gloriam: ad voluptatem: ad vitam reduxisti: qui
ascendens super omnes celos omniū es arbiter: omniaqꝫ dispensas: O
ro inquam te supplex atqꝫ obsecro vti tu hodie populum tuum hic et
vbiqꝫ in tui memoriam congregatum his oculis: eo vultu: eaqꝫ pieta
te aspicere digneris: qua sanctissime affixus cruci tunc cum omnia ad
te ipsum trahebas: Joannem discipulum tuamqꝫ charissimā ⁊ pien
tissimā matrem aspexisti: eo munere: ea gratia illustres qua quondā
apostolos tuos in die sancto ⁊ Penthecostes illuminasti spiritū clari
tatis roremqꝫ misericordie tue eis desuper infundēs. Domine sancte:
pater oīpotēs: eterne de⁹: q intueris abyssum: q sedes sup cherubin: q
extendis celum sicut pellem: qui rotas orbem. illuminas solem. re
gis mundum. calcas tartarum: ostende queso faciem tuam ⁊ videbi
mus: porrige dexteram tuam ⁊ surgemus: infunde spiritum tuum et
renouabimur: Atqꝫ hunc quem ego oculis nunc meis aspicio tue ciui
tatis Hierusalem Vicarium. tue hereditatis conseruatorem. tuarum
ouium pastorem: Hunc tu inquam nobis clementissime domine pro
tua diuina pietate: que exuperat omnem sensum: custodias. foueas. cō
serues. protegasqꝫ. Respice quesumus domine in faciem Christi tui:
dirige quesumus illum ſm clementiam tuam: Da ei quesumus verbo
⁊ exemplo quibus preest proficere: vt ad vitam vna cum cōmisso sibi
grege perueniat sempiternam: per dominum nostrum Jesum xp̄m fi
lium tuum dilectissimum: qui tecum viuit ⁊ regnat per infinita secu
la Amen. Dixi :.

LIbrum quondam neqꝫ inutilem neqꝫ iniucundum qꝛ in eo pauca quedam non vsquequaqꝫ perfecta essent qui illum perlegerat furore ob id concitus dilacerat. O inquit Liber hoim naturam ingratam atqꝫ peruersam: Siquidem pro paucissimis erratis multam penam desumere: ⁊ pro multis acceptis beneficijs gratias nullas agere consueuerunt.